



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Tatthaeo misso ad Edissam, & de epistolis missis ab Abgaro rege ad  
Chr[istu]m, & à Christo ad regem Abgarum. Ca. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

Mariam matrem domini. Mortuo Ioachim, nupsit Cleopha, & de eo habuit alterā Mariam quæ dicitur in Euangelijs Maria Cleophæ. Porro Cleophas habebat fratrem Ioseph, cui filiastram suam beatam Mariam desponsauit. Suam vero filiam dedit Alpheo, de qua natus est Iacobus minor, qui & Iustus dicitur frater domini & Ioseph alius. Mortuo itaq; Cleopha, Anna tertio marito nupsit, scilicet Salome, & habuit de eo tertiam Mariam, de qua desponsata Zebedæo nati sunt Iacobus maior, & Ioannes euangelista. Sed iam ad historicæ narrationis ordinem reuertamur.

### De TATTHEO MISSO AD Edissam. Cap. IIII.

**S**Vb hoc itaq; tempore Tattheus à domino mitti tur ad Abgarum regem Edissenorum, qui eum ab erroritudine curat, ciuitatē absoluit ab errore.

HAYMO.

**H**Vius rei prolixiorem in aliquo scripto repere historiam, sed nescio, si apocrypha est, deus scit. Quæ quia de fidei pietate descendit, nec es farium duxi eam huic operi inserere. Dicitur enim, quia de saluatore nostro adhuc in carne degente, cū de miraculis eius felix vbiq; fama loqueretur, misit ad eum Abgarus rex Edissenorum epistolam, in qua magnis precibus rogabat eum, ut veniret ad se & curaret eū à lepra. Dicit etiā quod ex multis annis cupie rit eum videre, & ideo monet ut veniat ad se, & se expediatur de odio Iudeorum & habitet secum, quia habet ciuitatem quæ sufficere potest vtrisq;. Dominus autem rescritbit ad eum propria manu epistolam, in

## RERVM MEMO. LIB. II.

qua primum beatum illum asserit, pro eo quod credit  
in eum, quem non videt. Secundo dicit, per semetip-  
sum non modo posse venire, quia in loco Hierosoly-  
morum præceptum patris & obedientiam impletu-  
rus. Tertio, promittit ei salutem in hæc verba: Cūm  
assumptus fuero, mittam tibi vnum ex discipulis meis  
qui te curabit ab infirmitate tua.

### DE FACIE DOMINI LINEO

panno impressa. Cap. V.

**D**icitur enim, quod pro desiderio prefati regis  
implendo aliquatenus dominus faciem suam  
lineo panno impressit, & misit ad eum, ut qui  
in propria forma videri non poterat, saltem per im-  
pressam imaginem videretur. Tunc ergo Tattheus il-  
le discipulus qui missus est ad Edissam, prædictam ibi  
dominicam deportare meruit imaginem, quæ per lo-  
ga ibi tempora pdurauit, donec Constantinopolim  
cum cæteris reliquis est asportata.

### SEQVITVR DISPERSIO DIS-

cipolorum domini. Cap. VI.

**L**apidato itaq; Stephano protomartyre, discipu-  
li omnes exceptis duodecim, disperguntur per  
vniuersam Iudeam & Samariam, & aliqui eorū  
vñq; ad Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam deue-  
nerunt. Ibi paucis prædicant Iudeis, non audentes se  
credere Iudeis vel gentibus, Saulo tunc temporis va-  
stante ecclesiam.

### ACTVS PHILIPPI DIACONI.

Caput. VII.